



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 27. Gregorius XIII. Papa Aloysii Lilii Systema amplexus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

faciendam censerent, excepto quarto, **Sæcul. XVI^a**
ut more solito Bissextilis dies servare- **A C 1582.**
tur: insuper opinabantur nonnulli, cun-
cta festa mobilia certæ diei esse affi-
genda, ac præprimis perpetuo ritu Pa-
scha tis festum illa Dominica, quæ diei
vigesimali quintæ Martii proxima est,
esse celebrandum, adeo, ut omnia festa
intra unius septimanæ ambitum re-
stringerentur, cunctaque a fixa die In-
carnationis Dominicæ derivarentur,
prout hodie dum Dominicæ, atque Ad-
ventus feriæ juxta fixam Nativitatis Do-
minicæ diem ordinantur.

§. XXVII.

Gregorius XIII. Papa Aloysii Liliⁱ
Systema amplexus.

Postea summus Pontifex ad Franciæ
Regem literas dabat, ut pariter
Francisci Fuxii Candalæ, Viri tam
scientiarum laude, quam generis no-
bilitate clari sententiam hac in re ex-
ploratam haberet: hic vero ipsam hu-
jus erroris originem esse investigandam,
annumque exacte computatis momen-
tis juxta solis cursum esse coordinan-
dum, hacque ratione terminos æqui-
noctiis præfigendos censebat: cum vero
interea Pontifex diversorum sententias
colligendo intentus esset, Aloysius Li-
lius Romani Medici Filius, ac Vir lon-

Thuan. l. c.

Blondel l. e.

Bull. Conf.

74.

D 3

ge

Sæcul. XVI. ge celeberrimus pro Calendarii emanatione quoddam volumen elucubrabat, eo autem, priusquam illud luci publicæ tradere posset, vivis erepto, Antonius illius Frater hoc opus Gregorio XIII. exhibebat, qui illud præceteris elucubrationibus, quas alii eruditæ ante ediderunt, longe pluris habebat; quippe hic Vir novum Epactarum cylclum, qui cujuslibet anni augmento accommodus esset, juxta numerum aureum statuit, hacque ratione demonstravit, quod omnes Calendarii errores adeo firmiter emendari possent, ut nihil ultra immutare opus foret. Hoc felici invento lætus Pontifex Lilii scriptum Christophoro Clavio Jesuitæ Germano tum Romæ Mathematices Professori tradebat, illudque ad Christianos Principes, ac celebriores Universitates transmittens hanc in rem ex Tusculo hoc anno Christi millesimo quingentesimo octogesimo secundo die quarta Februarii diploma edidit, præcepitque, ut anno sequenti hæc correctio effectui daretur.

Ceterum hæc reformatio in hoc consistebat: Æquinoctium ad vigesimam primam Martii diem revocabatur, prout Concilii Nicæni tempore stabilitum erat: propterea ab anno Christi millesimo quingentesimo octogesimo secundo decem

cem omnino dies abstrahebantur, cum **Sæcul. XVI.**
autem annus solaris sit trecentorum **A.C. 1582.**

sexaginta quinque, & Lunaris trecen-
torum quinquaginta quatuor dierum,
differentia utriusque est undecim die-
rum, qui dicuntur Epactæ primi anni:
porro secundo anno erunt bis undecim,
seu viginti duo, & tertio debebunt
esse triginta tres, sed auferendus est men-
sis triginta dierum, & relinquuntur
tres Epactæ, & ita semper incremento
undecim dierum, & diminutione tri-
ginta, ubi opus erit, usque ad noven-
decim annos progrediendum erit, nam
Cyclus lunæ periodus est novendecim
annorum, uti Cyclus Solis est periodus
annorum quater septem, seu viginti
octo annorum: porro illa periodus no-
vendecim annorum aliter dicitur au-
reus numerus, & a Censorino vocatur
annus Metonicus mutuato nomine a
Metone ejus inventore, quo inter-
vallo putatur luna redire in illud pun-
ctum cum sole, a quo primum digressa
erat: Lilius itaque auferendo illos; de-
cem dies, qui supra solis rationem ex-
creverant, exemit quoque totidem dies
ex epactis: præterea in ratione solis
cum quadringentis annis tria bis sexta
eximenda sint, ipse Lilius Pitatum se-
cutus post primum centenarium unum
bissexturn exemit, & post secundum al-

D 4 terum,

Sæcul. XVI. terum, post tertium vero ultimum, in-
A.C. 1582. terim postremum Centenarium jubet
sine bissexto transigi ultimo, ita, ut a
fine tertii usque ad finem quinti unus
tantum bissextus eximatur.

De cetero cum summus Pontifex
haud ignoraret, quod ad Paschatis fe-
stum exacte celebrandum necessario hæc
tria conjungenda, ac firmiter stabi-
lienda sint, nimirum ut certum indica-
retur tempus Verni Æquinoctii, atque
luna decima quarta in primo Mense,
qui in eadem Æquinoctii die, vel pro-
xime sequenti occurrit, accurate de-
signaretur, prout etiam prima Domi-
nica, quæ decimam quartam lunam se-
quitur, hinc idem Papa præcepit, ut
Vernum Æquinoctium pristino suo loco,
a quo circiter decem diebus erat amo-
tum, necnon decima quarta Paschatis
dies rufus suæ Sedi, a qua quatuor-
decim diebus, & amplius distabat, re-
stituerentur: insuper etiam medium
præscribebat, cuius ope deinceps Æqui-
noctii tempus esset stabile, & decima
quarta luna in eodem loco permane-
ret: itaque in suo diplomate manda-
bat, ut de Mense Octobri anni millesi-
mi quingentesimi octagesimi secundi de-
cem dies inclusive a tertia nonarum us-
que ad pridie Idus eximantur, & dies,
qui S. Francisci festum quarta nonas ce-
lebrari

lebrari solitum sequitur, dicatur idus **Sæcul. XVI.**

Octobris, hacque ratione Vernum æqui- **A.C. 1582.**

noctium ad vigesimam quartam Martii
reduceretur, prout a Concilii Nicæni
Patribus erat constitutum: præterea,
ut hoc Æquinoctium semper vigesimæ
primæ Martii diei affixum permaneret,
præcepit, ut Bissexturnum quarto quovis
anno continuaretur, præterquam quo-
libet centesimo anno, quo nullus erit
Bissexturnum, sicuti supra diximus. Postea
in sua Bulla Pontifex ita prosequebatur:
„ut decima quarta Paschalis recte in-
„veniatur, itemque dies Lunæ juxta
„antiquum Ecclesiæ morem ex Marty-
„rologio singulis diebus ediscendi fideli
„populo vere proponantur, statuimus,
„ut amoto aureo numero de Calenda-
„rio, in ejus locum substituatur Cy-
„clus Epaëtarum, qui ad certam (uti
„diximus) aurei numeri normam di-
„rectus efficit, ut Novilunium, & de-
„cima quarta Paschalis vera loca sem-
„per retineant, idque manifeste appa-
„ret ex nostri explicatione Calendarii,
„in quo descriptæ sunt etiam tabulæ
„Paschales secundum priscum Ecclesiæ
„ritum, quo certius, & facilius sacro-
„sanctum Pascha inveniri possit. Po-
„stremo quoniam partim ob decem dies
„de mense Octobri anni millesimi quin-
„gentesimi octogesimi secundi, qui cor-

D 5

„rectio-

Sæcul. XVI. „rectioris annus recte dici debet, exem-
A. C. 1582. „ptos, partim ob ternos etiam dies
„quolibet quadringentorum annorum
„spatio minime intercalandos interum-
„patur, necesse est Cyclus literarum
„Dominicalium viginti octo annorum ad
„hanc usque diem usitatus in Ecclesia
„Romana; volumus in ejus locum sub-
„stitui eundem Cyclum viginti sex an-
„norum ab eodem Lilio tum ad dictam
„intercalandi bissexti in centesimis an-
„nis rationem. „

§. XXVIII.

*Novum Calendarium in Galliis re-
cepsum.*

*Thuan. &
Blond. l.c.* Hæc Pontificis Constitutio in Italia,
 aliisque vicinoribus Provinciis ex-
 acte servabatur, attamen Galli hoc sy-
 stema amplecti aliquamdiu tergiversa-
 bantur, tandem vero Rex die tertia No-
 vembris hanc in rem promulgabat edi-
 ctum, quod nullo obnitente in Senatu
 ad tabulas relatum ubique divulgaba-
 tur: ibidem autem Rex præcipiebat,
 ut a Mensa Decembri decem dies de-
 merentur, atque a nona præfati Men-
 sis die statim ad vigesimam transiretur,
 proin Nativitatis Dominicæ dies hoc
 anno die decima quinta Decembri ce-
 lebraretur. Postea Gallorum exem-
 plum sequebantur Belgæ procurante
 Ande-